Sit notum omnibus quod ego Johannes de Inferno de parochia de Bigis heredito te Peretam filiam meam et dono tibi illum meum mansum de Inferno cum
omnibus suis pertinentiis prout melius ipsum tenuo per dominum Bernardum de Bigis in ipsa parochia. Dono etiam tibi omnes alios honores per quoscumque dominos
tenuam ubicumque sint et totum mobile cum omni illo quod habeo et habere debeo ullo iure. Iam dicta itaque omnia salvo iure dominorum dono tibi et tuis
in perpetuum. tali tamen condicione quod ego totum simul de omnibus supradictis sim dominus et potens cunctis diebus vite mee bono intellectu et ad hoc
cum meum retinuo mihi ad omnes meas voluntates faciendas. Quinquaginta solidos monete barchinone valentes marcha argenti lxxxviii solidos totum
aliud post hobitum meum tibi vel tuis reverentiam. Et si forte inter me et te vel tuos discordia surgeret ita quod concordare non possemus
laudo vel concilio proborum hominum. Retinuo mihi tertiam partem omnium predictorum et omnium aliorum qui addite divisionis habemus et quod debita prius solvantur de
communi. quam tertiam partem tenuam omnibus diebus vite mee. faciendo de fructibus omnes meas voluntates. et post hobitum meum prius
levatis dictis l. solidos totum aliud tibi vel tuis reverentiam sine vinculo ullius persone. et sine aliquo impedimento. Actum est hoc viii. Kal.
decembris. Anno domini M. CC. L. tercio. Pro ✠ Johannis de Inferno predicto qui hoc donum facit et firmo.

Testes sunt P. Pocii et A. de Jovello.

Sig[num] Jacobi de Rovijadech not[arius]

Sig[num] ✠ nu[m] Petri de Ulzinu presbiteri not[arius] villi de Calidis pro Jacobo de Rovijadech ipsius villi not[arius] pro eleborius. Ut hic sequitur
die et anno quo supra.

Joan Infern, de la parroquia de Sant Pere de Bigues, lliura el mas Infern a la seva filla Pereta., 24/11/1253, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

Nº 87

Nº 107

[illegible] 58



Joan Infern, de la parròquia de Sant Pere de Bigues, lliura el mas Infern a la seva filla Pereta., 24/11/1253, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers